Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Consideratio VII. Die Sabbathi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

velut in throno gratiæ reſides; ut pia
tiâ quoque tuâ nos orphanos ac pau
culos honores; mentes noſtras calig
cœleſtium illuſtrationum radiis per
gas; nos aridos deliciis cœleſtibus c
ctes; nos rudes & imperfectos ſapie
juſtitiâ, ſanctitate exornes; ac tand
cœleſti regno tuo æternâ beatitudine
corones.

Conſideratio VII. Die Sabbathi

O Cœli terræque Monarcha! T
dexteram Patris collocatus in g
memor tuorum, inde Spiritum San
in Diſcipulos miſiſti; qui eos grati
donis implevit, eoſdem in viros alios
mutavit; linguas igneas eis imper
ad loquendum magnalia Dei & p
candum Evangelii legem inuſitato
tûs fervore, cum ſtupore omnium.

Affectus.

O Salvator dilectiſſime! adoro & b
dico te, gratiáſque ago pro tan
vore & munere: Veni, obſecro, ut no
ditos tuos in admirabili Sacramento
tes, & inde Spiritum Sanctum nobis
munices; qui chariſmatis cœleſtibu

re

repleat; tepidos imperfectóſque, in viros ferventes & perfectos convertat, corda noſtra amoris divini igne inflammet, quo de te ſentiamus & loquamur, ut par eſt, ad noſtrum & aliorum bonum, amantes & laudantes te cum Choris Angelorum omniúmque cœli civium. Amen.

Affectus variarum Virtutum Conſiderationibus præcedentibus ſubjungendi.

I. FIDES.

O Jeſu, Rex immenſæ Majeſtatis! credo delicias tuas eſſe cum Filiis hominum; qui toties è cœleſti ſolio deſcendis, & cum regno tuo ad nos divertis, ut cum hominibus converſeris: nam eo fine, velut alter Salomon, ferculum tibi feciſti, ſanctiſſimum ſcilicet Sacramentum, ut in eo per Eccleſiæ Hieroſolymam poſſis circumferri, ita ut omnes videns, à nemine niſi oculis fidei videaris.

In hoc admirando Sacramenti ferculo, oculis fidei penetrans video Humanitatem tuam, tanquam cedrum Libani, ob ejus ſublimitatem, puritatem & incorruptibilitatem, quibus illa exornatur. Ibi